Incipit prologus in librum duodecim prophetaruʒ·

Non ideʒ ordo eſt duodeci prophetarum apud hebreos qui eſt apud nos. Unde ſcd̃m id quod ibi legit̃· hic quoqʒ diſpoſiti ſūt. Oſee comaticus eſt et quaſi ꝑ ſniās loquens. Johel plan⁹ in principijs· in fine obſcurior. et vſqʒ ad malachiā habēt ſinguli ꝓprietates ſuas: quē eſdrā ſcribaʒ legiſqʒ doctorem hebrei autumāt· Et qꝛ longū eſt nūc de omibus dicere: hoc tantū vos o paula ⁊ euſtochiū āmonitas ſcire volo vnū librum eſſe duodecim prophetaꝝ: ⁊ oſee ſynchronon yſaię. malachiaʒ vero aggei ⁊ zacharię fuiſſe tempꝛibus. In quibus aūt tēpus non ꝓfertur in titulo: ſub illis eos regibus prophetaſſe ſub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

Item alius prologus·

Regule ſunt he ſub quibus ſignificatōnibus nominū ad quas trib⁹ per prophetas ſermo domini dirigat̃. Quotienſcūqʒ ad decem trib⁹ tendit̃ prophetia: ſub his nomib⁹ deſignantur. i. effraim. ſamaria· iſrael· ioſeph· iezrahel· bethel· bethauen· ⁊ interdū iacob. Quādo aūt ad duas loquit̃ trib⁹: ſub his nominibus ſermo profert̃· i· iuda· hieruſaleʒ beniamin· domus dauid: ⁊ interdū iacob. Aliquotiens iſrael ad totas duodecim tribus refertur· Duplex eſt apud hebreos ſnīa de his quattuor verſib⁹· qui in capite ſunt ꝑnotati. Pleriqʒ enim dicūt ꝙ ab eſdra ſcriba ī omnibus prophetis ſic fuerit titulatū: vt ꝑſcripto vniuſcuiuſqʒ noīe prophetia cui⁹ ſit ſequens noſcat̃. Ipſe eſt aūt eſdras qui vltimus prophetaꝝ malachię noīe ſcribit̃. Alij vero dicūt ꝙ ab ipſis prophetis ꝑ ſpiritum ſanctū vt cętera ſunt conſcripta·

Incipit ꝓlogus in librū Oſee prophetę·

Temporibus ozie et ioathe achaʒ ⁊ ezechię regū iuda ⁊ hieroboam filij iohe regis· Oſee filius beeri ad prophetiaʒ dicendā· ſpiritusancto replet⁹ eſt· De memorato itaqʒ numero regum: achaʒ rex iuda: ⁊ hieroboam rex iſrael dominū derelinquentes: vt hiſtorię regū et paralipomenon indicant: etiam iſrael idolatrię crimē imperio ac poteſtate ſua admittere coegerunt· Propter quod de⁹ ad oſee hęc locutus eſt dicens· Accipe tibi vxorem fornicariam ſiue fornicationū· et fac filios fornicationis. Fornicariā itaqʒ non electōe corꝑis meretricē· ſed gentilē deū ignorāteʒ appellat: quę dei creatoris ſui amore ꝯtempto: ſimulacroꝝ ſe ſubiecit deſiderijs. Sʒ cū dei ꝓcepto propheta ī hac re paruiſſet conceptum ex ea filiū iezrahel ꝓcepit nominare deo pollicente poſt breue tempus ſanguinē iezrahel in domo iehu vindicare· Cuius ꝓmiſſionis hęc cauſa eſt. iehu ꝑ heliſęū in regem inuncto ad defendendum ſanguinem naboth: ciuis iezrahel quęqʒ tunc temporis metropolis erat· quem iezabel achab regis iſrael vxor interemerat. ſicut regum hiſtoria exponit: Is cum grauiter iuxta diuinum ꝓceptum vindicandi ſanguinis cauſa in omneʒ memorati domum deſęuiſſet: hoc peracto dominum dereliquiſſe inuenitur: cuius pronepote hieroboam qui lectione comprehenſus eſt: originis ſuę facta imitāte· ac contra dei ꝓcepta et religionem cū populo iſrael agente: ſanguis naboth q̄ in loco certe iezrahel fuerat profuſus in domo iehu patris memorati hieroboę propter peccata redundaturus ſignificatur. Hinc factum eſt vt ira dei in populo iſrael ꝑ denunciationem prophetę proceſſura diceret̃: domui autē iudę miſericordia lectione cōprehenſa ob hoc promiſſa eſt: quia ezechias rex iuda filius achaʒ ſublatis idolis quę tā pater eius q̄ȝ cęteri reges conſecrauerunt: templum dei purgaſſe ⁊ purificaſſe monſtratur·

Incipit argumentum in eundem ·

Oſee crebro nominat effraim· ſamariam· ioſeph iezrael: ⁊ vxorem fornicariam et fornicationis filios: ⁊ adulteraʒ cubiculo clauſam mariti multo tempore ſedere viduam: ⁊ ſub veſte lugubri viri ad ſe reditum preſtolari·

Ordo. xij. ꝓphetaꝝ ſcd̃m. lxx. talis eſt. Oſee. Amos Micheas Joel Abdias Jonas Naum. Abacuc Sophonias Aggeus Zacharias· Malachias. Scd̃m vo hebreos quos et hieronimus ſequitur talis eſt ordo. Oſee Joel Amos Abdias Jonas Micheas Naum Abacuc Sophonias Aggeus. Zacharias Malachias. Hic auteʒ exponit̃ tranſlatō ſcd̃m hebraicam veritatem a hieronimo facta et cōpoſita.

Nomina regū. x. tribuū		Noīa regū duaꝝ tribuū	
Jeroboam·	Nadab	Roboam	Abia
Baaſa	Hela	Aſa	Joſaphat
Zamri	Amri	Jorā	Ochozias
Achab q̄ ⁊ achaʒ	Ozias	Athalia	Joas
Joram	Jehu	Amaſias	Ozias
Joachaʒ	Joas	Joatham	Achaʒ
Jeroboam	Zacharias	Ezechias	Manaſes
Sellum	Manaen	Ammon	Joſias
Phaceia	Phaceę	Joathaʒ	Eliachī
Oſee	Vltimus	Jeconias q̄ ⁊ ioachī	Sedechias